



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Thomas Ap. 21. Decembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

E.C.
ongè
r no
Ge
, fa
cini
anus
ene
ibis
abi
ppli
um e
iis si
, ecce
EVS
n ag
pol
tiam
ere,
is &
orpo
quam
vero
ecta
runt.
am
runt.
con
m ra
n mi
ver
m,
epi
HO.

A.D.E.G. *Vita Sanctorum.* 693

S. THOMAS AP. 21. Decembris.

D^{icitur} IUS THOMAS est, cui etiam palpare fidem licuit; & profuit, dubitasse THOMAM, ut Indus crederet. Nam fidem in Indianum Meliaporem usque tulit, firmavitque miraculo, cum ingenti mole arborein, & quam multi & homines & Elephanti movere loco frustra laborarant, obsequentem ipse cingulo suo per milliaria X. tractam templi structuræ devovit, simulque vaticinium edidit, cum mare pertingeret illuc, affuturos, qui quam ipse nunc fidem præliceret, extinctam iterum populis accenderent; quod fieri nuper sub coeptas Hispanorum navigationes vidimus. Cæterum fuit è sacrificulis tu temporis, qui suâ manu filium mactavit, scelusq; THOMÆ affinxit. Hic aliū nullū pro se causam dicere THOMAS voluit, præter infantem mortuum. quis credat? Absolvit disertis verbis infans THOMAM, & patrem suum damnavit. Enimvero his miris uti nuper arborem, ita nunc in sententiam Regem ac populum omuem traxit, si unos sacrificulos deimas, qui alio ab invidiâ abstracti precantem ante sacram crucem THOMAM sagittis primò, tum hastâ trajecerunt, strenuum utique fidei propagnatorem, qui, ut signa defenderet, cecidit ante signa. Ex Maffeo & Osorio.

S.ANA-